

Tertius De Anima.

Ad decimum quartum dicitur qd non ens non intelligitur directe. Ad aliud negatur maior.

Ad decimum quintum sufficit vnitas analogice. Ad aliud dicit qd qd dicitas angeli est obiectum sui intellectus vt dicit Sanctus tho. s. pte. q. lxxxvij. ar. iij.

Ad decimum sextum dicit qd ens aliquomodo includit in bono tamen differt ab eo ratione formali.



Ad quartum sic proceditur videtur qd singulare intelligitur a nobis qz intellectus practicus dirigit ad agendum sed actus sunt circa singularia. ergo cognoscit singularia. Sed contra est philophus. Respondeo dicendum secundum San. Tho. s. parte. q. lxxxvi. ar. i. z de veri. q. x. ar. v. singulare in rebus materialibus intellectus noster directe z primo cognoscere non potest. quia principium singularitatis in rebus est materia individualis intellectus aut noster intelligit abstrahendo spem intelligibilem ab huiusmodi materia in hoc differt intellectus a sensu. Quid autem a materia individuali abstrahit est vniuersale. vnde intellectus noster directe non est cognoscitiuus nisi vniuersaliu indirecte aut et quasi per quandam reflexionem potest cognoscere singulare qz etiam postquam intellectus abstraxerit spes intelligibiles non potest secundum eas actu intelligere. nisi conuertendo se ad fantasmata. que sunt similitudines singularium. Sic igitur ipsum vniuersale directe intelligit per spem intelligibilem. indirecte autem singularia. quorum sunt fantasmata. Et istud potest adhuc probari ex commentatore in secundo de anima et philosopho. qui ponunt differentiam inter sensum et intellectum quia sensus est singularium intellectus autem vniuersalium. Nec est singularium nisi mediante sensu. vnde boetius dicit qd singulare est dum sentitur vniuersale vero dum intelligitur. Preterea. Notandum circa istud intelligere per lineam reflexam secundum aristotelem. vel per reflexionem quomodo fit reflexio ad fantasmata. Quibusdam videtur. qd hoc fit per voluntatem vnde intellectus per speciem primo intelligit vniuersale. et non magis vnum individuum quam alterum. sed ex imperio voluntatis mouetur intellectus ad fantasma vel ad considerandum singulare cuius est fantasma. Sed contra imperium voluntatis est actus voluntatis z per consequens presupponit cognitionem ergo prius est intellectus cognoscere fantasma singulare quam voluntas velit intellectus reflecti supra fantasma. Sed dubitatur vtrum vniuersale z singulare intelligatur per eandem speciem. Videtur quibusdam qd non qz sortes aliquid includit quod non includit spes siue quidditas vt dictum est ergo per aliam speciem cognoscitur sortes in quantum huiusmodi. Item post actualem cogitationem sortis possum iterum de ipso specialiter recordari ergo in intellectu remanet aliqua spes sortis preter spem hominis. Quatum ad ista primo circa reflexionem dicit sanctus thomas. de ver. q. x. ar. v. qd intellectus intelligit singulare in quantum continuatur viribus sensitivis que sunt circa singularia et fit ista continuatione dupliciter. Primo in quantum intellectus mouetur a sensu. ad cognoscendum vniuersale et consequenter actum per quem ipsum cognoscit et spem que est principium actus et vltterius fantasma a quo species est abstracta et sic cognoscit singulare. Secundo prout intellectus regit sensus et sic cognoscit singulare per coniunctionem ad estimatiuam seu cogitatiuam vel intellectus per speciem cognoscit singulare pro quantum illa species est conformis alicui fantasmati. Sed queritur an fantasma sit representatiuum alicuius substantie singularis

videtur qd non qz substantia non causat spem in sensu vel in medio ergo non cognoscitur a sensu. Item quidditas rei materialis est obiectum adequatum in intellectu z ita a se de cogitativa. Sed contra commentum. videtur dicere qd vis cogitativa propter suam nobilitatem cognoscit indiuidua decem generum vnde videtur qd cognoscit substantiam particularem vt substantiam quibusdam accidentibus. Quatum ad alterum videtur ex. s. t. qd indiuiduum non habet aliquam spem adequatam in intellectu qz tunc plura accidentia solo numero differentia essent simul scilicet spes sortis z spes platonis. Item tunc per illam spem posset sortes directe intelligi. Dicendum ergo qd ab eadem specie sunt duo conceptus in intellectu vnus immediate alter vero mediate.

Contra hec autem. Primo sic qz per quam virtutem cognoscimus singulare demonstratum non esse hoc vel illud sed distinctum ab omnibus cognoscimus singulare signatum sed per intellectum cognoscimus singulare demonstratum non esse hoc vel illud igitur maior pars qz virtus distinguens inter aliqua necessario apprehendit quodlibet illorum minorum probatur qz nos certe cognoscimus hoc singulare sensibile puta hanc albedinem non esse aliquam naturam sensitivam per quam sentimus nec intellectum per quem intelligimus sed esse distinctum ab utroque et ab omnibus alijs rebus sed hoc non possumus per aliquam aliam virtutem ab intellectu cum per nullam aliam possumus ipsum intellectum apprehendere igitur Secundo. Per intellectum cognoscimus sensum errare iudicando de aliquo singulari igitur per intellectum cognoscimus singulare. Consequenter pars. Nisi ei cognoscerem per intellectum hoc sensibile z haberem verum iudicium de ipso. non cognoscerem per intellectum qd sensus false iudicaret de eo. Ans pars. qz constat qd cognoscimus iudicium sensus de aliquo singulari errare puta de sole cum iudicat ipse esse pedalis quantitas. Sed non cognoscimus hoc iudicium esse falsum nisi per intellectum. igitur. Item si per intellectum non cognoscerem singularia sequeretur qd nulla principia scientiarum que per experientiam singularium sumuntur possemus habere. quod non est falsum. Consequenter probatur. talia ei sumuntur ex experientia singularium vt quod videmus qd hoc reubarbarium est sanatiuum colere. z illud tandem hanc vniuersalem concludimus omnem reubarbarium etc. Constat autem qd eadem virtute cognoscit illa vniuersalis sicut z particulares z non alia z alia. Alioquin sufficeret qd vnus alius homo haberet singulares noticias z ego ex talibus suis noticijs a me non habitis sumerem vniuersalem propositionem. Sicut philosophus dicit cum probat sensum commune z tu posses nosse premissas z ego inferre conclusionem. quod est falsum igitur. Tertio sicut potest haberi ex. vi. ethi. prudentia est circa singularia. z ex altera propositione vniuersali. z vna singulari concludit propositionem singularem. Sed talis deductio non potest fieri per sensum. cum vniuersalem non habeat conceptionem. nec potest dici qd vniuersalis tamen sit nota intellectui. z singularis tamen nota sensui. qz conclusio cum non concludatur ex altera tamen sed ex utraque simul tunc nec per sensum nec per intellectum inferretur conclusio cum per eandem cognoscitiuam oporteat cognosci conclusionem et premissas. idem potest argui de arte. Quarto constat qd de aliquo singulari determinate possumus loqui z alius audiens potest determinate intelligere de quo loquimur igitur intellectus potest apprehendere determinate aliquod singulare quod pars. Nam quicumque dicit aliquid verbo vocali sciens quod dicit prius verbo in intellectu aliud intra se dicit quo verbo intellectuali apprehendit eandem rem quam voce significat. igitur. Item in libro de quantitate anime interrogat ro. augustinum. dicens vtrum ignarus latine lingue noiare solent possent in loquendo. si intellectus solis non per